UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XXXIV. de Purgatione Canonica.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63277

Visual Library

De Purgatione Canonica
TIT. XXXIV.

Hactenus de generibus criminum, quæ ſi non ſatis probata fuerint, indicenda eſt Purgatio Canonica illis, qui de crimine aliquo diffamati ſunt, vel vehementer ſuſpecti; & dicitur *Canonica* hæc Purgatio, quod a SS. Canonibus inventa & prodita ſit, ac ſuppoſita Purgationi civili, quam *Vulgarem* vocant.

1. *Quid igitur eſt Purgatio Canonica?*

Purgatio Canonica eſt innocentiæ ſuper objecto crimine Canonice facta oſtenſio ſeu demonſtratio.

2. *Quis alicui indicere poteſt hanc purgationem?*

c. 12. h. t. Judex, qui de crimine cognoſcit, aut cognoſcere debet, de quo quis infamatur. Idque vel ad inſtantiam ejus, qui purgandus eſt, vel ab ipſo judice ei, qui de gravi aliquo crimine infamatus eſt, eidemque fide digno, quem veriſimile ſit non facile pejeraturum. *c. 1. & ibi. gl. & Abbas h. t.*

3. *Quomodo & qua forma fieri ſolet?*

nprimis jurat reus, tactis S. S. Evan- *c. ult. eod.*
giis, de veritate, ſe objectum ſibi cri-
en non perpetraſſe: tum compurgato- *c. 7. 9. & aliis eod.*
s (quos eligit judex, probæ vitæ homi-
es) ſaltem de nullo crimine condemna-
os aut ſuſpectos, ejusdem ordinis cum
iffamato, quem & familiariter noverint
e credulitate, quod ſcilicet credant eum
rum juraſſe, nec objectum crimen ad-
iſiſſe. Compurgatorum autem olim *c. 5. 23. & d c. ult. eod.*
rtus & determinatus fuit numerus ho-
e arbitrarius eſt, pro qualitate delicti
t infamiæ.

De purgatione Vulgari.

TIT. XXXV.

1. *Cur dicitur Vulgaris hæc Purgatio?*

QVod vulgo tantum & temere uſurpa- *c. 20. Mennam & can.*
ta ſit, ac nullo modo approbata: vel
od a vulgo, diabolo inſtigante, in-
ata & inducta. *c. 20. Conſuluiſti 2. q. 4.*

2. *Quibus modis & qualiter fieri ſolet?*

Variis modis I. Per Monomachiam *Cujar. ad lib. c. F. t. 1.*
e duellum, olim etiam inter Chriſtia-
nos jam inde a temporibus Barbarorum
in Italia uſurpatum. II. Per ignem, hoc
eſt,